



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiæ. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Ritus & forma administrandi Sacramentum Extremæ Vnctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

XXV. Et si autem illud non sit absolute necessarium ad salutem; tamen omittere ex contemptu, & nolle suscipere, quasi sacramentum non sit, nec ad salutem utile, damnabile esset & haereticum. Qui vero ex aliqua negligentia omittit, licet id faciat citra salutis iacturam, tamen multis bonis, magnisque praesidijs se priuat, ut ex ante dictis patet.

RITVS ET FORMA ADMI-
nistrandi sacramentum extremæ
Vnctionis.

I.

VM ad ægrotum inungendum sacerdos vocatur, superpelliceo & stola amictus, vasculum sacri olei è sacrario assumeret, & custode itidem superpelliceo induito cum lumine, aqua benedictâ & rituali libro comitante, eâ, quâ diuinorum mysteriorum dispensatorem decet, grauitate & reuerentia per plateas incedat, pias ad Deum preces, præsertim Psalms Poenitentiales pro infirmo dicat, caput opertum habeat.

Modus
quo sacer-
dos oleum
sacrum ad
ægrotantē
debet.

1.

2.

3.

II. Porro nemini vel in templo præsenti, vel in platea occurrenti, & in genua procumbenti, nec in firmo eiusque domesticis vasculo sacri olei benedicat, ne his cæremonijs inducta plebs imperita latriæ cultum, quæ soli Deo Optimo Ma-

Ocis. v.
sculo ne-
mo bene-
dicendus,
& quare.

O 3

mo Ma-

110

Modus inungendi infirmos.

mo Maximo debetur, materiæ huius sacramenti impen-
dat, idque ne aliquando faciat, Pastores in concionibus oc-
casione sese offerente monebunt.

Vicinis cū
quis inun-
gitur quid
agendum.

III. Decens etiam fuerit ut vicini sacerdotem è templo
abeuntem redeuntemque deducant atque reducant, suis-
que deuotis precibus diuinæ misericordiæ ægrotum com-
mendent.

Domestici
cū quis
inungitur
quid agen-
dum.

IV. Habeant præterea domestici eius, qui ægrotat, in cu-
bicolo, in quo decumbit mensam mundo linteo stratum,
cum imagine crucifixi, accensâ candelâ, aquâ, sale, lino, seu
stuppa.

Ingressus
in domū
infirmi.

Ingrediens domum infirmi seu cubiculum diuinam
precetur pacem dicendo:

Sacerdos. Pax huic domui.

Minister. E tomnibus habitantibus in ea.

Psalmus.

Ecce quam bonum & iucundum habitare
fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite quod descendit
in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius, sic
ut ros Hermon, qui descendit in montem
Sion.

Quoniam illis mandauit Dominus benedicti-
onem, & vitam usque in sæculum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph.

Antiphon.

BEnedic Domine domum istam & omnes
habitantes in ea, quia tu Domine dixisti,
pax huic domui. Benedic Dominetimente
pusillos cum maioribus. Benedicti vos à Do-
mino, qui fecit cœlum & terram.

Deinde in modum crucis aspergat infirmum aquâ bene.
dictâ vñâ cum astantibus & domo dicendo:

Aspersio
infirmi &
domus.

Antiph. Asperges me Domine, &c.

Vers. Misericordia dei.

Vers. Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Repeti-
tur. Asperges me Domine, &c.

Oremus.

Exaudi nos Domine sancte Pater, omnipotens æterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, protegat, foueat, visitet, & defendat hunc infirmum (hanc infirmam) & omnes habitates in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oremus.

Ad festo Domine supplicationibus nostris &
hac domū serenis oculis tue pietatis illustra
descēdat super infirmū hunc (infirmā hanc) &
omnes inhabitantes in ea gratię tue larga bene-
dictio

dictio, vt in his manufactis habitantes cum salubritate manentes, ipsi tuum sint semper habitaculum. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Salutatio
infirmi, &
brevis mo
nitio.

Postea infirmum benignè salutet, & an hoc extremæ unctionis sacramentum percipere desideret, inquirat.

Quo annuente grauem, sed pro temporis ratione breuem ad infirmum orationem habeat, quâ eum de fructu huius sacramenti ex D. Iacobo, sanctisque Doctoribus instruat, in fide ac pietate confirmet, ad patientiam & constantiam cohortetur, ad eum, qui sequitur, modum.

Confessio
infirmi.

Exhortatiunculâ istâ aut aliâ, quâ sibi vtendum sacerdos putauerit, absolutâ, interroget ægrotum an ullum conscientiæ grauamen habeat, vtque illud lubens ad dignam fructuosamque unctionis sacramentalis perceptiōnem confiteatur. Si confiteri paratum videat, iussis secedere tanti per, qui adsunt, confessionem excipiat & absolutionem sacramentalem impendat: sin verò æger nihil, quod confiteatur, habere se dicat, aut loqui desinat, vel morbo nimium prematur, tum, vt saltē corde coram Deo confiteatur moneat, & generalem confessionem atque absolutionem recitet.

Et hic meminisse sacerdos eorum debet, quæ supra de poenitentiæ Sacramento tradita sunt numero 39. 40. & 41.

Postea manum infirmo imponat, & deuotè precetur.

Oremus.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apostolum locutus es; infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei, cunctos quæsumus, Redemptor noster, gratia Spiritus sancti languores istius infirmi (**infir-**
mæ) cura, & omnia sana vulnera, ac dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis corporis ab eo (**ab ea**) repelle, plenamque ei interiorius, exteriusque sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus, & sanatus (**restituta & sanata**) ad pristina pietatis tuæ reparetur officia. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Hic sacerdos meminérit infirmum quandoque tantâ Preces pro
egritudine premi, vt in summis dolorum angustijs difficil-
limè mentem in oratione ad Deum erigere possit, ideoque
ad uberiorem ex sacra vunctione consequendum fructum
utiliter comprecatores assumi, sanctorum etiam suffragia
exquiri, quo triumphantis militantisque Ecclesiæ inter-
cessione sua desideria, quæ voce nequit, saltem mente alio-
rum precibus coniuncta ad Deum dirigat. Itaque omnes
qui ægro adsunt, hortetur in Domino, ut deuotis suis pre-

P

cibus

114 Modus inungendi infirmos.

cibus infirmi necessitates adiuuare, Deoque commendare non desinant, & cum ijsdem, si ita ferat temporis, & infirmi ratio, psalmos poenitentiales septem, aut saltem duos quartum & sextum cum adiunctis orationibus legat; sin. verò hic omittendos esse visum sit, ad Litanias, quæ subi- ciuntur, procedat,

Antiphona.

Sana Domine infirmum istum (*infiriam istam*) cuius ossa turbata sunt, & cuius anima turbata est valde, sed tu Domine conuertere: & sana cum (*eam*) & eripe animam eius.

Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque &c.

Collecta.

O Remus Dominum nostrum Iesum Christum, & cum omni intenta supplicatione rogemus, vt hunc famulum suum (*hanc famulam suam*) N. per Angelum suum sanctum visitare, latificare, & confortare dignetur. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus. Per, &c.

Antiphona.

Sana Domine infirmum istum (*istam*) &c. vt supra.

Psalmus.

Psalmus.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &
quorum, &c.

Tunc manum suam sacerdos ponat super
caput infirmi.

Antiphona.

Dominus locutus est discipulis suis: in nomine meo dæmonia eijcite, & super infirmos manus vestras imponite, & benè habebunt.

Oratio.

R Espice Domine famulum tuum (**famulam tuam**) in infirmitate sui corporis laboratem, & anima refoue quam creasti, vt castigationibus emendatus (**emendata**) cōtinuò se sentiat tuā medicinā sanatum (**sanatam**) per Christum Dominum nostrum, Amen.

Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in
ira, &c.

Antiphona.

Sana Domine infirmum istum, &c. **vt supra.**

Oratio.

P Ræueniat hunc famulum tuum (**hanc famulam tuam**) quæsumus Domine misericordia tua, vt omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

P 2

Alia.

Alia.

Dominum nostrum Iesum Christum cum omni supplicatione rogemus, vt hunc famulum tuum (**hanc famulam tuam**) sceletum atque languorum squalore vexatum (**ve-xatam**) per angelum tuum sanctum visitare, lætificare, & confortare dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu sancto , viuit & regnat in saecula saeculorum, Amen.

Psalmus.

Miserere mei Deus , secundum magnam misericordiam, &c.

Antiphona.

Sana Domine, &c. **vt supra.**

Oratio.

Omnipotens sem piterne Deus , qui subuenis in periculis, & in necessitatibus laborantibus , maiestatem tuam supplices exoramus , vt mittere digneris sanctum angelum tuum ad famulum tuum (**famulam tuam**) **N.** in angustijs, & necessitatibus suis laborantem: qui consolationibus suis eum (**eam**) attollat, quibus & de præsentibus malis omnibus consequatur auxilium , & æterna remedia comprehendat. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Psalmus.

Modus inungendi infirmos.

117

P salmus.

Domine exaudi orationem meam, & clamor
meus, &c.

Antiphona.

Sana Domine, &c. **vt supra.**

Oratio.

Deus qui famulo tuo Ezechiae ter quinos
annos ad vitam donasti, ita & hunc famu-
lum tuum (**hanc famulam tuam**) à lecto & gri-
tudinis tua potentia erigat ad salutem. Per
Christum Dominum nostrum, Amen.

Alia.

Deus qui humano generi salutis remedia, &
vitæ æternæ munera contulisti, conserua
huic famulo tuo (**famulæ tuæ**) tuarum dona
virtutum, & cōcede, vt misericordiam tuam
non solum in corpore, sed & in anima sentiat.
Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Psalmus.

De profundis clamaui, &c.

Antiphona.

Sana Domine, &c. **vt supra.**

Oratio.

Deus qui facturæ tuæ pio semper dominaris
affectu, inclina aurem tuam supplicatio-
nibus nostris, & famulum tuum (**famulam**
tuam)

P 3

tuam)

Modus inungendi infirmos.

tuam) diuersa imbecillitate corporis laborantem placatus, respice & visita, atq; defende in salutarituo, & ei cœlestis gratiæ præsta medicinam. Per Christum Dominum nostrum.

Psalmus.

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem.

Antiphona.

Sana Domine infirmum istum (infirmandum istam) &c. ut supra.

Oremus.

Virtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnē languorem, & infirmitatem præcepti tui potestate depellis, adesto propitius famulo tuo (famulæ tuæ) ut fugatis infirmitatibus & virib' reuocatis, per nomen sanctū tuum instauratā protinus sanitatē percipiat. Per Christum Dominum nostrum.

Hic iterum hortetur infirmum Sacerdos, ut quantum potest Sanctos inuocet: admoneat etiam circumstantes, ut orent pro eo. Consideret quoq; minister respondens, mulier ne sit an vir, ut debitè respondeat.

Sequitur Litania.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos. Saluator mundi, miserere ei.

Sancta

Modus inungendi infirmos. 119

Sancta Maria	ora pro eo (ea.)
Sancta Dei genitrix,	ora pro eo (ea.)
Sancta virgo virginum,	ora pro eo (ea.)
Sancte Michael	ora pro eo (ea.)
Sancte Gabriel	ora pro eo (ea.)
O mnes sancti Angeli & Archageli, orate pro.	
Sancte Ioannes Baptista	ora pro eo (ea.)
O mnes sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro eo (ea.)	
Sancti tres Reges	orate pro eo (ea.)
Sancte Petre	ora pro.
Sancte Paule	ora pro.
Sancte Andrea	ora pro.
Sancte Ioannes	ora pro.
O mnes sancti Apostoli, & Euangelistæ, orate pro eo (ea.)	
Sancte Stephane	ora pro.
Sancte Laurenti	ora pro.
Sancte Vincenti	ora pro.
Sancte Gereon, cum socijs tuis	orate pro.
O mnes sancti Martyres	orate pro.
Sancte Syluester	ora pro.
Sancte Seuerine	ora pro.
Sancte Cuniberte	ora pro.
Sancte Anno	ora pro.
	Sancte

S ancte Gregori	ora pro.
S ancte Martine	ora pro.
S ancte Nicolae	ora pro.
S ancte Hieronyme	ora pro.
O mnes sancti Confessores	orate pro.
S ancta Maria Magdalena	ora pro.
S ancta Catharina	ora pro.
S ancta Agnes	ora pro.
S ancta Barbara	ora pro.
S ancta Ursula cum sodalibus tuis	orate pro.
O mnes sancti virgines, & viduae	orate pro.
O mnes sancti	orate pro.
P ropitius esto	parce ei Domine.
P ropitius esto	Libera eum (eam) Domine.
A b omni malo	I libera eum (eam) Domine.
A b insidijs diaboli	Libera eum (eam) Dom.
A b hoste maligno	Libera eum (eam)
A b ira tua	Libera eum (eam)
A b omni languoris molestia	Lib.
A periculo mortis	Lib.
A subitanea & improuisa morte	Lib.
A morte perpetua	Lib.
A poenis inferni	Lib.
A b omni immunditia mentis & corporis	
Libera eum (eam) Domine.	

Per

Modus in ungendi infirmos.

121

- P**er passionem & crucem tuam Lib.
Per resurrectionem & ascensionē tuam Lib.
Per aduentum Spiritus sancti paracleti. Lib.
In hora mortis Succurre ei Domine.
In die iudicij Lib.
Peccatores Terogamus audi nos.
Vt pacem ei dones. Terogamus audi nos.
Vt sanitatem animæ & corporis ei dones. Te
rogamus audi nos.
Vt compunctionem cordis ei dones. Terog.
Vt fontem lachrymarum ei dones. Terog.
Vt fidem, spem, charitatemque perfectam ei
dones Terogamus audi nos.
Vt omnes principes tenebrarum ab eo (ea) re-
pellere digneris Terog.
Vt præsentiam & solatum sanctorum ange-
lorum ei adesse iubeas Terog.
Vt ad gaudia æterna eum (eam) perducere di-
gnaris Terog.
Vt nos exaudiere digneris Terog.
Fili Dei Terogamus audi nos.
Agne Dei, qui tollis peccata mundi. Libera-
eum (eam) Domine.
Agne Dei, qui tollis peccata mundi. Parce ei
Domine.

Q

Agne

122 Modus inungendi infirmos.

Agne Dei, qui tollis peccata mundi. Succurre ei Domine.

Christe audi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos.

SAluum (**saluam**) fac seruum tuum (**ancil-
lam tuam**) Domine.

Deus meus sperantem in te.

Dominus conseruet eum (**eam**) & viuificeret
eum (**eam**.)

Et beatum (**beatam**) faciat eum (**eam**) in
terra: & non tradate eum (**eam**) in animam
inimicorum eius.

Domin⁹ opēferat illi super lectū doloris eius:
Vniuersum stratum eius versasti, in infir-
mitate eius.

Dominus custodiat te ab omni malo:
Custodiat animam tuam Dominus.

Angelis suis Deus mandauit dete:
Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Perfice gressus eius in semitis tuis:
Vt non moueantur vestigia eius.

Mitteei Domine auxilium de sancto:
Et de Sion tuere eum (**eam**.)

Nihil proficiat inimicus in eo (**ea**.)
Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Esco

Esto illi Domineturris fortitudinis:

A facie inimici.

Conuertere eum (**eam**) Deus salutaris noster:

Et auerte iram tuam ab eo (**ca.**)

Conuertere Domine usquequo:

Et deprecabilis esto super serum tuum

(**ancillam tuam.**)

Domine auerte faciem tuam à peccatis eius:

Et omnes iniquitates eius dele.

Cor mundum crea in eo (**ea**) Deus:

Et spiritum rectū innoua in visceribus eius.

Adiuua eum (**eam**) Deus salutaris noster:

Et propter gloriam nominis tui Domine libera eum (**eam**) & propitius esto peccatis eius propter nomen tuum.

Exurge Domine adiuua eum (**eam:**)

Et libera eum (**eam**) propter nomen tuum.

Domine exaudi orationem meam:

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

OMnipotens & misericors Deus, quæsumus clementiam immensam, ut ad introitum humilitatis nostras in tuo nomine hunc famulum tuum (**hanc famulam tuam**) **N.** in hoc habitaculo iacentem salutiferè visitare digneris, sicut visitasti Tobiam & Saram & so-

Q 2 crum

crum Petri puerumque centurionis: ita & iste
 (ista) pristina sanitate animæ & corporis rece-
 pta, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actio-
 nem. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in
 sæcula sæculorum, Amen.

Alia.

PArce Domine parce famulo tuo (famula-
 tua) quem (quam) redemisti Christe san-
 guinetuo, nec in eternum iras caris ei. Qui cum
 Deo Patre, & Spiritu sancto, &c.

Imago
 crucifixi
 infirmi o-
 culis offe-
 renda.

Posthæc sacerdos imaginem crucifixi, si ad manum sit,
 infirmi oculis offerat, admoneatque, ut passionis Domini-
 cæ memor omnes infirmitatis suæ dolores patienter susti-
 neat, mortis pauorem fiducia in Christum coniecta abij-
 ciat, per crucem, victoriam in agone ac salutem post mor-
 tem se habiturum spe firmâ confidat.

Deinde subiectas questiones clare atque distinctè pro-
 ponat eumque ægrotantem respectu personæ
 habito ad easdem respondere iubeat.

1. Mein Bruder (Schwester) glaubt ihr bestiglich alle Pun-
 cteten vnd Artickel des Glaubens / vnd ins gemein alles was die
 Catholische Apostolische Kirch beflicht zu glauben?

Respondeat. Ja Herr.

2. Verdampft ihr auch vnd verwirfft alle Ketzerhen / Secten /
 vnd Aberglauben / welche die heilige Catholische Kirch verdampft
 vnd verwirfft?

Respond. Ja Herr.

3. Es

3. Es ist euch ein herzliche Freyd/ daß euch von Gott diese Gnad erzeigt zu sterben in dem Glauben/Einigkeit/vnd Schor-samb vnser lieber Mutter der heiligen Kirchen:

Respond. Ja Herr.

4. Es ist euch ja von Herzen leydt/ daß ihr den ewigen gütigen Gott/so oft vnd viel mahlen mit eweren Sünden erzürnet vnd beleidiget habt/vnd begert mit allen kräfftien Verzeihung:

Respond. Ja Herr.

5. Wann nun aber durch sonderliche Vorschung Gottes euch ewere vorige Gesundheit würde mitgetheilt werden/ so habt ihr einen festen steissen Willen vnd Vorsatz ewer Leben zu bessern:

Respond. Ja Herr.

6. Verzeihet ihr auch von ganzem Herzen allen Menschen/ welche euch ewer lebenlang jemahlen beleidiget haben auff Erden:

Respond. Ja Herr.

7. Begert ihr imgleichen von allen Menschen die jemahlen von euch seind betrübt oder beleidigt worden/ daß sie euch solches vmb Gottes willen vergeben:

Respond. Ja.

8. Glaubt ihr auch das Christus Jesus Gottes vnd Maries Sohn für euch gestorben ist/ vnd euch mit seinem Blut von des Sathans gewalt vnd ewigen Todt erlöst hat:

Respond. Ja Herr.

9. Glaubt ihr auch daß ihr nicht könnt selig werden/dann als klein durch seinen bittern Todt:

Respond. Ja Herr.

10. Diese Bekantnuß/Zusag/vnd Versprechung thut ihr sekund/als ewern endlichen letzten standhaftigen Willen/für mir

als ewi. in Pastorū vnd Beichtsvatter/vnd wolt bey dero selben
vnwiderrufflich verbleiben:

Respond. Ja Herr.

II. Wolan lieber Bruder (**Schwester**) darauff solt jhr nun wol
zufrieden seyn / ewer Zuversicht auff Christum vnd sein heiliges
Blutvergiessen setzen / in seinen Todt euch sencken / einwickeln / vnd
verbergen / die Schmerzen am Leib gedultiglich tragen / vnd ge-
dencken daß jhr mit dem Herrn vnter der dornen Kron zum Todt
gehett. Lasset auf ewerm Herzen alles fahren / was euch lieb ist
auff Erden / vnd habt in ewern gedancken Christum den gecreu-
kigten / so werd ihr diesen letzten Streit getrost angehen / vnd in
Gottes Nahme den Sieg vñ Kron des ewigen Lebens erhalten:

Ad inun-
ctionem
præparatio

Tunc sacerdos ad inunctionem processurus manus la-
uet, & linum vel stupam duobus extremis digitis indici-
nimirum, & medio dextræ manus circumuoluat, atque si-
nistra vasculum sacri olei tenēs, pollicem dextrum oleo sa-
cro intingat, eoq; designatas corporis partes verba formæ
sacramentalis proferendo in modum crucis inungat, ac
statim vnamquamque partem inunctam lino seu stupa-
abstergat, dicens:

Oratio se-
mel dicea-
da.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
sittibi hæc vncio olei sanctificati ad purifi-
cationem mentis & corporis, & omnium ab-
solutionē culparum ac munitionem, & defen-
sionem contra iacula immundorum spirituum,
custodiatque te Iesus Christus, & perducat in
vitam æternam, Amen.

Orationem istam semel dixisse satis sit.

Inde

**In de oculos, primo dextrum; deinde
sinistrum.**

Pax tecum Et cum Spiritu sancto.

**Per istam X vunctionem, & per suam pisis-
mam misericordiam indulgeat tibi Domin-
nus, quidquid peccasti per visum, Amen.**

**Ad aures, primò dextram; tum si-
nistram.**

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

**Per istam vunctionem, & per suam pisis-
mam misericordiam indulgeat tibi Dominus
quidquid peccasti per auditum, Amen.**

**Ad nares contingendo utriusque extre-
mitatem.**

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

**Per istam X vunctionem, & per suam pisis-
mam misericordiam indulgeat tibi Dominus
quidquid peccasti per odoratum, Amen.**

Ad labia.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

**Per istam X vunctionem, & per suam pisis-
mam misericordiam indulgeat tibi Dominus
quidquid peccasti per gustum, & illicitum
sermonem, Amen.**

Ad pe-

Ad pectus.

Pax tecum Et cum Spiritu sancto.
Per istam **X**unctionem, & piissimam suam
 misericordia indugeat tibi Dominus quid-
 quid peccasti per cogitationem, Amen.

Ad manuum palmas.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.
Per istam **X**unctionem, & per suam piissi-
 mam misericordiam indugeat tibi Dominus
 quidquid peccasti per tactum.

Ad pedes.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.
Per istam **X**unctionem & per suam piissi-
 mam misericordiam indugeat tibi Dominus
 quidquid peccasti per incessum, Amen.

Oratio statim subijcienda.

INUNXI TE IN NOME PATRIS, & FILIJ, & SPIRI-
 TUS SANCTI, OLEO SANCTO, UT IN VIRTUTE SPIRITUS
 SANCTI TRIBUAT TIBI HEC UNCTIO, SANITATEM ANI-
 MAE & CORPORIS, & REMISSIONEM OMNIUM PEC-
 CATORUM, & VITAM AETERNAVM, AMEN.

Item.

INDULGENTIAM, & REMISSIONEM OMNIUM
 PECCATORUM, TRIBUAT TIBI OMNIPOTENS & MI-
 SERICORS DEUS, AMEN.

Qui-

Quibus ad eum modum peractis sacerdos linum seu stupam comburet, & modico sale in vola sinistræ posito, pollicem dextrum defricabit, deinde supra peluim abluet, aquam verò ablutionis in ignem aut profluentem fundat, & ex orationibus sequentibus saltem aliquid, si omnes non possit, supra infirmum legat.

Oremus.

EXaudi quæsumus Domine, preces nostras, & confitentium parce peccatis, vt quem (**quam**) conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ miserationis absoluat. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Alia.

ADesto quæsumus Domine humilitatis nostræ obsequijs, eisq; benigno cooperator assiste: vt qui ad executionē mandatorū tuorū huic ægro (**ægræ**) manus imponentes olei sacrifici vñctionem exhibemus, huiusmodi seruituti nostræ te interesse sentiamus, quatenus Spiritus sancti gratia nostræ actionis officium comitante, ab hoc famulo tuo **N.** (**nac famula tua**) omnis languor & debilitas abscedat, totiusque vigoris & sospitatis plenitudo succedat, relictoque imbecillitatis grabato, ad te supernum medicum vultum & mentem erigat, & pro sospitatis restitutione laudes no-

R mini

Modus inungendi infirmos.
mini tuo competenter in æternum persoluat.
Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Alia.

Libera Domine sancte Pater omnipotens
sempiterne Deus, à peccatis omnibus, & in-
firmitatibus hunc famulum tuum (**hanc fa-**
mulum tuam) supplicantem, vt in tua sancta
conuersatione viuens, nullis per tuam gra-
tiam afficiatur periculis, per Christum Do-
minum.

Benedictiones, è quibus pro temporis ratione
aliquæ ceteris omissis legi possunt.

Dominus noster Iesus Christus apud te sit,
vt te defendat, intra te sit, vt te conseruet:
post te sit, vt te iustificet: super te sit, vt te be-
ne **ꝑ**dicat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto
viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæcu-
lorum, Amen.

Alia.

Bene **ꝑ**dicat te Deus Pater, sanet te Deus
Dei Filius, illuminet te Spiritus sanctus:
corpus tuum custodiat, animam tuam conser-
uet, & quando de hoc corpore euocauerit ad
supernam vitam perducere dignetur, per
Christum Dominum nostrum.

Alia.

Alia.

Bene X dicat te Deus Pater, adiuuet te Christus Filius Dei, corpus tuum in sancto suo seruitio custodiri faciat & conseruari, mentem tuam illuminet, & sensum tuum custodiat ab omni malo, te liberet, dextra suate defendat, & qui sanctos suos semper adiuuat, ipse te adiuuare & confortare dignetur, per Christum.

Alia.

Bene X dicat te Deus Pater, qui in principio cuncta creauit. Bene X dicat te Dei Filius, qui de supernis sedibus pro nobis Saluator apparuit. Bene X dicat te Spiritus sanctus, qui in similitudine columbe in flumine Iordanis super Christum requieuit, ipse te in Trinitate & unitate sanctificet, quem omnes gentes venturum iudicem expectant. Qui viuit & regnat.

Alia.

Bene X dicat te Deus Pater, custodiat te Jesus Christus, illuminet te Spiritus sanctus omnibus diebus vita tua, Amen.

Confirmet te virtus Christi, indulgeat tibi Dominus vniuersa dilectatua, Amen.

R 2

Reatæ

Beatæ & gloriōsæ semperq; virginis Mariæ
Dei genitricis, omniumque simul sanctorum
gloriosa intercessio te protegat, & ad vitam
perducat æternam, Amen.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Apostolum misi-
sti ad Tabitam famulam tuam, ut eius pre-
cibus resuscitaretur ad vitam, exaudi nos quę-
sumus omnipotens Deus, ut famulum tuum
(hanc famulam tuam) quem in tuo nomine
visitat nostra fragilitas, exorata medicinæ tuæ
medela eripiat ab hac tristitia. Per Christum
Dominum nostrum.

Alia benedictio.

Bene dicat te Dominus, & custodiat te, il-
luminet Dominus Iesus faciem suam super
te, & misereatur tui, conuertat vultum suum
ad te, & det tibi pacem omnibus diebus vita
tuæ, Amen.

Alia.

Bene dicere digneris Domine, & sancti-
ficare istum famulum N. (istam famulam
tuam) cœlesti benedictione. In nomine Pa-
tris, & Fi lij, & Spiritus sancti. Cui est
honor, & potestas in sæcula sæculorū, Amen.

Alia.

Alia.

Sanet te Deus Pater omnipotens, qui tecre-
uit in carne, sanet te Dei Filius, qui prote-
passus est in cruce, sanet te Deus Spiritus san-
ctus, qui super te effusus est in baptismo, sanet
te sancta & individua Trinitas, cum omni sancti-
tate, sanent te Angeli, & Archangeli, Patri-
archae, & Prophetae, & omnes sancti Apostoli,
Martyres, Confessores, Virgines, atq; omnes
Sancti, & ab omni malo, atque dolore te eri-
piat Iesus Christus Dominus noster. Qui cum
Patre, & Spiritu sancto, &c.

Alia.

Benedictio Dei **†** Patris cum angelis suis sit
super te.

Benedictio **†** Christi, cum Apostolis suis sit
super te.

Benedictio **†** Spiritus sancti, cum septem do-
nis, sit super te.

Benedictio **†** Ecclesiae Catholicae cum uni-
uersis filiis suis sit super te.

Fiant merita & orationes omnium sanctorum
tecum diebus & noctibus, in verbo, in facto,
in cogitatione, & intoto corpore, commendando

R 3 te sub

Modus inungendi infirmos.
te sub potestate sanctæ Trinitatis, id est, Patris,
& Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Alia.

Benedictio  Domini sit super te. Benediximus tibi in nomine Domini, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus, per omnia sacerdotia.

Sequitur Euangeliū Ioannis.

Dominus vobiscum: Et cum spiritu tuo.

In initium sancti Euangeliū secundum Ioannem: Gloriatibi Domine.

In principio erat verbum, ut infrā in fine libri. sic verba Euangeliū concludendo, ut ibidem.

Ad extremum omnibus absolutis abiturus Sacerdos

1. infirmum Deo commendet, ut in fide, spe, dilectione persistat, hortetur, tam salutari sacramento post alia inunctum Deo fidere iubeat, ad agendum eidem pro omnibus beneficijs gratias excitet, de vita humanæ fragilitate, mortis necessitate, & incertitudine ad consolandum egrotum,
2. & instruendum circumstantes breuiter dicat, domesticos etiam ut solliciti infirmi curam habeant admoneat, & homines pios ac religiosos aduocent, qui in angustijs ipsi adsint, in agone erigant, precibus adiuuent, ipse etiam suam operam benignè offerat, atque hoc modo ab ægro crucis obfignatione Deo in pace commendato ad Ecclesiam cum sacro oleo reuerenter comitantibus vicinis, & amicis revertatur.

Modus inungendi infirmos. 135

uertatur. Vbi p̄petitis pro decubente infirmo p̄écum suf-
fragijs illos cum benedictione dimittat.

ORDO ET MODVS IN VN-
gendi infirmum in subito mortis in-
stantis periculo, aut morbo con-
tagioso, & pestilenti.

Ingressus domum infirmi, seu cubiculum pacem
ip̄si preceatur dicendo:

Sacerdos: Pax huic domui.

Minister: Et omnibus habitantibus in ea.

Antiphona.

Benedic Domine domum istam, & omnes
habitantes in ea, quia tu Domine dixisti:
Pax huic domui. Benedic Domine timentes
te pusillosum cum maioribus. Benedicti vos à
Domino, qui fecit cœlum & terram.

Oremus.

Exaudi nos Domine, sancte Pater omnipotens æterne Deus, ut mittere digneris S. Angelū tuū de cœlis, qui custodiat, foueat, proteget, visitet & defendat omnes habitates in hac domo. Per Christū Dominū nostrum, Amen.

Deinde aspergat ægrum aquâ benedictâ cum astan-
tibus, & domo, dicendo:

Aasperges me Domine hysopo, & mundabor,
lauabis me, & super niuem dealbabor.

Ver.